<sup>1)</sup> „Provideas, ne super hoc probationem recipias, nisi tales personae appareant, de quibus verosimile non sit, quod debeant dejerare, quoniam saepe contingit, quod testes corrupti facile inducantur ad falsum testimonium proferendum.“ Decretal. II. 23, 10.

ten bestritten wird, auch dieser vorgeladen werden. Doch kann ihr Ausbleiben die Eidesabnahme nicht hindern.

#### §. 164.

Das Verhör der Zeugen ist ohne Beisein der Parteien und einzeln vorzunehmen. Bevor es gänzlich beendet ist, dürfen die Zeugen aussagen nicht kundgemacht werden.

#### §. 165.

Bornahme des  
Zeugenvorhöres.

Dasselbe, was von zwei beeidigten Zeugen, wider welche keine im Gesetze begründete Einwendung kann gemacht werden, deutlich und übereinstimmend ausgesagt wird, muß, in so weit nicht andere glaubwürdige Zeugnisse oder Umstände, welche eine starke Vermuthung begründen, entgegenstehen, in der Regel als vollständig bewiesen angesehen werden. Handelt es sich aber um einen Umstand, von welchem die Giltigkeit der Ehe abhängt, so kann es nicht hinreichen, daß kein Verhältniß oder keine Thatsache nachgewiesen ist, durch welche die Wahrhaftigkeit der Aussagen in Zweifel gestellt wird, sondern es muß der Beweis vorliegen, daß die Zeugen Personen von erprobter Gewissenhaftigkeit seien, und der Annahme, als könnten sie einen Meineid auf ihre Seele laden, kein Raum dürfe gegeben werden.

Beweiskraft der  
Zeugnisse.

„Inquisita vero diligentius veritate, si per testes circumspectos omni exceptione majores inveneris, quod primus vir superslitem quarto gradu consanguinitatis attingit, non differas divorci sententiam promulgare.“ Decretal. IV. 14, 1.

## §. 166.

Quando ad probationem conficiendam rei periti adhibendi sint, eorum duos saltem et eos scientia et integritate praestantes omniue partium studio expertes tribunal matrimoniale seliget, qui juxta instructionem a commissario exarandam et a matrimonii defensore adprobandum investigationem debitam habeant et animi sententiam scriptis pandant. Relate ad partium studium contra rei peritos eaedem valent exceptiones, quae ipsis, si testes ageant, opponi possent<sup>1)</sup>.

## §. 167.

Rei periti jurati sint oportet. Ubi de facto agitur, a quo validitas matrimonii dependet, jusjurandum eis etiam tune deferendum est, quando jam juramento in munere adeundo deposito se obstrinxerint, fore ut veritatem in consultis dandis sancte servent.

<sup>1)</sup> „Caussam matrimonii, quae inter V. juvenem et G. puellam Senon. quae se virginem et monacham profittetur, noscitur agitari, mandantes, quatenus eandem puellam ponatis interim in illo monasterio, quod intravit: ut ibi secure valeat commorari, donec judiciali sententia, quid agi debeat, decernatur, recepturi postmodum, non solum probationes viri, quas inducere voluerit contra mulieres illas, quae ad investigandum

## §. 166.

Wenn es zur Herstellung des Beweises nothwendig ist, Sachverständige beizuziehen, so wird das Ehegericht deren wenigstens zwei und zwar solche wählen, welche sich durch Kenntnisse und Rechtschaffenheit auszeichnen und von aller Parteilichkeit entfernt sind, und diese haben nach einer von dem Untersuchungs-Commissäre zu entwerfenden und von dem Vertheidiger der Ehe gutzuheisenden Anweisung die erforderliche Untersuchung vorzunehmen und ihr Gutachten schriftlich darzulegen. In Betreff der Parteilichkeit gelten wider die Sachverständigen dieselben Einwendungen, welche ihnen, wenn sie als Zeugen auftreten sollten, entgegengestellt werden könnten.

## §. 167.

Die Sachverständigen müssen beeidigt seyn. Handelt es sich um eine Thatsache, von welcher die Gültigkeit der Ehe abhängt, so ist der Eid ihnen auch dann aufzutragen, wenn sie sich bereits durch einen Amtseid zur Gewissenhaftigkeit in Betreff ihrer Gutachten verpflichtet haben.

signa virginitatis ex parte pueræ fuerint introductæ, verum etiam probationes alias hoc negotium contingentes, quas pars utralibet duxerit producendas. Et quia, ut dicit canon, saepe manus fallitur, et oculus obstetricium: volumus et mandamus, ut adhuc honestas matronas, providas ac prudentes deputare euretis, ad inquirendum, utrum dicta pueræ virginitatis privilegio sit munita.“ Decretal. II. 19, 14.

Probatio super  
genuinitate instru-  
mentorum.

### §. 168.

Genuinitas instrumentorum, quae adver-  
sus matrimonii valorem pugnant, depositionibus  
conjugum aut talium personarum, quae qua  
testes aut suspectae aut inhabiles reputari de-  
berent, probari nequit.

### §. 169.

Jusjurandum con-  
jugum. Jusjurandum a conjugibus praestitum  
aque ac eorumdem confessio probationem  
de impedimento obtinente suppeditare aut  
supplere nequit.

### §. 170.

In quantum ad probandam circumstan-  
tiā, a qua jus matrimonium accusandi depen-  
det, jusjurandum conjugis matrimonium accu-  
santis admitti possit, tribunal matrimoniale  
de casu in easum perpendat et decernat.

### §. 171.

Si impedimenti natura prohibeat, ne ex  
officio procedatur, jusjurandum conjugis ma-  
trimonii valorem asserentis qua probatio pro  
matrimonio admitti potest.

### §. 172.

Praescriptiones  
peculiares de matri-  
monio, quod prop-  
ter vim metumque  
impugnatur. Si conjux matrimonium ex injustae vio-  
lentiae titulo accusat, ii, qui ex ejus asser-  
tione coactionem injustam exercuerunt, ci-  
tandi et examinandi sunt. Adeusatione contra  
alterum conjugem directa, ejusdem confes-  
sione probatio stabiliri nequit. Quodsi parentes

Beweis für die  
Echtheit der Ur-  
kunden.

### §. 168.

Die Echtheit von Urkunden, welche wider  
die Gültigkeit der Ehe streiten, kann durch die  
Aussagen der Eheleute oder solcher Personen,  
deren wider die Ehe gegebenes Zeugniß ver-  
werflich oder verdächtig wäre, nicht bewiesen  
werden.

### §. 169.

Ein von den Gatten abgelegter Eid kann  
eben so wenig als ihr Geständniß einen Beweis  
für das Bestehen des Hindernisses herstellen oder  
ergänzen.

### §. 170.

In wie fern zum Beweise eines Umstandes,  
von welchem das Bestreitungsrecht abhängt, ein  
Eid des die Ehe bestreitenden Gatten zulässig  
sei, hat das Ehegericht von Fall zu Fall in  
Erwägung zu ziehen und zu entscheiden.

### §. 171.

Wenn die Beschaffenheit des Hindernisses  
das amtliche Einschreiten ausschließt, so kann  
ein Eid des die Gültigkeit behauptenden Gatten  
als Beweis für die Ehe zugelassen werden.

### §. 172.

Wenn ein Gatte die Ehe wegen widerrecht-  
lichem Zwange bestreitet, so müssen die Perso-  
nen, welche seiner Behauptung nach den wider-  
rechtlichen Zwang verübt haben, vorgeladen und  
vernommen werden. Ist die Anklage wider den  
anderen Eheheil gerichtet, so kann durch dessen

Besondere  
Befriedungen über  
die Bestreitung  
der Ehe wegen  
widerrechtlichem  
Zwange.

facta confitentur, ex quibus coactio injusta et matrimonium irritans resultaret, omnibus perpensis circumstantiis dijudicandum est, an forsan colludant cum prole conjugii solutionem desiderante? Ceterum in quantum accusatio haud alterum attineat conjugem, juxta normas generales de probationibus in delictorum caussis valentes procedendum est.

### §. 173.

*De raptu.*

De rapta, quae cum raptore, dum in ejus potestate permaneret, matrimonium contraxit, praesumendum est, quod matrimonii ineundi causa rapta sit. Quodsi contrarium plene probatum fuerit, consistit nihilominus praesumptio, eam violentia injusta ad consentiendum adactam esse. Haec ipsa praesumptio adversus omne matrimonium militat, quod a quacunque persona quacunque ex causa rapta, antequam libertatem penitus recuperaverit, contractum fuerit.

### §. 174.

*De modo procedendi in impedimenta impotentiae.*

Etiam, quando in matrimonium propter impedimentum impotentiae inquiratur, normae de confessione et juramento conjugum proposita regulae ad instar tenendae sunt. Si duo

Bekenntniß kein Beweis hergestellt werden. Wofern die Eltern Thatsachen eingestehen, aus welchen sich ein widerrechlicher und die Ehe entkräftender Zwang ergeben würde, so ist nach Erwagung aller Umstände zu beurtheilen, ob nicht etwa mit dem nach Auflösung der Ehe verlangenden Kinde ein Einverständniß obwalte? Uebrigens ist, in soweit die Anklage nicht den anderen Gatten betrifft, nach den allgemeinen Vorschriften des für Vergehen geltenden Beweisverfahrens vorzugehen.

### §. 173.

Von einer Entführten, welche mit dem Entführer, während sie sich in dessen Gewalt befand, eine Ehe geschlossen hat, ist vorauszusezgen, daß sie zum Zwecke der Verehelichung entführt worden sei. Wenn das Gegenteil vollständig bewiesen ist, so waltet demungeachtet die Voraussetzung ob, daß sie durch ungerechten Zwang zur Einwilligung vermocht worden sei. Die nämliche Voraussetzung streitet wider jede Ehe, welche von was immer für einer, aus was immer für einem Grunde entführten Person, bevor sie die volle Freiheit wieder erlangt hat, geschlossen wird.

### §. 174.

Auch wenn die Ehe wegen des Hindernisses des Unvermögens untersucht wird, sind die über das Geständniß und den Eid der Gatten gegebenen Bestimmungen als Regel festzuhalten.

rei periti, in quorum scientia et animo à partium studio remoto tribunal matrimoniale plenam collocet fiduciam, unanimes declaraverint, impotentiam adesse insanabilem et absolutam ipsamque matrimonium praecessisse, hoc non obstante pars, cuius impotentia asseritur, petere potest, ut tertius quoque rei peritus investigationem habeat. Si impotentia pro respectiva tantum declaratur, conspirans trium saltem rei peritorum consultum ad probationem plenam necessario requiritur. Quodsi dubium remaneat, an impotentia insanabilis existat et matrimonium antecesserit, rejicienda est declarandae invaliditatis petitio.

### §. 175.

Exceptio locum habet, quando aut probatum sit, matrimonium nondum consummatum esse, aut nullitatis declarandae petitio intratres a matrimonio contracto annos proponatur, simulque impotentiam adesse, non tantum ab utroque conjugi asseveretur, sed etiam a duobus rei peritis fide dignis qua valde verisimile astruatur. Tali casu conjuges consortium matrimoniale per tempus a tribunali constitendum, nunquam vero non tam diu continuare debent, donec in eo per triennium vixerint. Si elapsa hoc tempore denuo petant, ut nullitatis sententia feratur, tribunal matrimoniale certius ante omnia se reddat, nil

Wenn zwei Sachverständige, in deren Kenntniß und Unparteilichkeit das Ehegericht volles Vertrauen setzt, einstimmig erklären, daß ein unheilbares und schlechthiniges Unvermögen obwalte und schon vor Eingehung der Ehe stattgefunden habe, so kann demungeachtet der Theil, dessen Unvermögen behauptet wird, die Untersuchung durch einen dritten Sachverständigen verlangen. Wird das Unvermögen für ein bloß beziehungsweises erklärt, so ist das über-einstimmende Gutachten von wenigstens drei Sachverständigen zur Herstellung eines vollen Beweises unerlässlich. Bleibt es zweifelhaft, ob das Unvermögen ein unheilbares und der Ehe vorangegangenes sei, so ist das Gesuch um Ungültigerklärung abzuweisen.

### §. 175.

Eine Ausnahme kann eintreten, wenn entweder der Beweis vorliegt, daß die Ehe noch nicht vollzogen sei oder die Klage auf Nichtigkeit binnen drei Jahren nach der Verehelichung angebracht wird, und wenn zugleich das Vorhandensein des Unvermögens nicht nur von beiden Gatten behauptet, sondern auch von wenigstens zwei zuverlässigen Sachverständigen als sehr wahrscheinlich bezeichnet wird. In diesem Falle haben die Vermählten die eheliche Gemeinschaft durch eine von dem Ehegerichte zu bestimmende Zeit, doch immer so lange fortzuführen, bis sie in derselben drei Jahre lang gelebt haben. Wenn sie nach Ablauf dieser Zeit das Gesuch um

immutatum esse quoad facta, ex quibus impotentiam verisimilem et respective matrimonium nondum consummatum esse colligeretur. His peractis conjugibus permitti potest, ut impotentiam adesse jurejurando attestentur, et istud plenam probationem efficit<sup>1)</sup>.

Quaenam investigationibus terminatis agenda.

### §. 176.

Absoluto processu probatorio conjuges et quicunque matrimonium adeusaverit, nec

<sup>1)</sup> „Illa autem, si prior post annum aut dimidium ad Episcopum aut ejus missum proclamaverit, dicens, quod non cognovisses eam, tu autem contrarium affirmas, tibi credendum est eo; quod caput es mulieris, quia, si proclamare voluit, cur tamdiu tacuit? Cito enim et in parvo tempore scire potuit, si secum coire potuisses. Si autem statim in ipsa novitate post mensem aut duos, ad Episcopum aut ejus missum proclamaverit, dicens: volo esse mater, volo filios procreare et ideo maritum accepi, sed vir, quem accepi, frigidae naturae est, et non potest illa facere, propter quae illum accepi: si probari potest per rectum judicium, separare potestis, et illa, si vult, nubat in Domino.“ Decretal. IV. 15, 4.

„Dieta M. proposuit, quod, qum octo annis elapsis dicto A. fuisse matrimonialiter copulata, et diu cohabitasset eidem, sed adhuc integra permanebat, eo, quod praedictus vir ejus non habebat potentiam coeundi; quare petebat, divortium celebrari. Praedictus vero A. fatebatur, quod illam nunquam cognoverat, tamen se habere potentiam cognoscendi alias asserebat. Vobis vero, ne id confiterentur in fraudem, a matronis bonae opinionis fide dignis ae expertis in opere nuptiali, dictam fecistis inspici mulierem, quae perhibuerunt testimonium, ipsam adhuc virginem permanere.

Ungiltigerklärung erneuern, so soll das Ehegericht sich vorerst die Gewissheit verschaffen, daß in dem Thatbestande, aus welchem die Wahrscheinlichkeit des Unvermögens und beziehungsweise die Nichtvollziehung der Ehe sich ergab, keine Veränderung vorgegangen sei. Hierauf kann den Eheleuten gestattet werden, daß Vorhandensein des Unvermögens durch einen Eid zu beheuern, und es hat derselbe die Geltung eines vollständigen Beweises.

### §. 176.

Nach Abschluß der Erhebungen sind beide Maßnahmen nach Abschluß der Erhebungen.

Postmodum vero presbyterum, de cuius parochia vir existit, fecistis inquire, utrum ipse aliquam cognovisset, nec per inquisitionem ipsam vobis constare potuit, aliquam esse carnaliter cognitam ab eodem. Muliere autem requirente divortium et dicente, quod mater esse volebat, et filios procreare, proponente vero viro, quod paratus erat stare consilio Ecclesiae, injunxitis eisdem, ut agerent poenitentiam de commissis, et sic forte placebet Deo, qui matrimonii fuit institutor et auctor, ut opus matrimonii consummarent; qui post plures terminos ad vestram reversi praesentiam, consona voce dixerunt, quod non poterant carnaliter commisceri. Quocirca mandamus quatenus, si ita est, et constiterit vobis, praefatum virum et mulierem infra ipraediotos annos per continuum triennium insimul habitasse, ipsis cum septima propinquorum manu firmantibus juramento, se commisceri carnaliter nequivisse, proferatis divortii sententiam inter eos.“ Decretal. IV. 15, 7.

„Requisisti quantum tempus indulgendum sit naturaliter frigidis ad experientiam copulae nuptialis. Nos vero in praesenti consultatione sentimus, ut a tempore celebrati conjugii, si frigiditas prius probari non possit, cohabitent per triennium.“ Decretal. IV. 15, 5.

non defensor matrimonii moneantur de eo, quo pollut jure, in hucusque acta animadvertisendi. Exceptiones, si quas habeant, intra octiduum proponant. Ratione domicilii interesse habentium terminus protrahi potest; ita tamen, ut major, quam necessaria sit, mora non concedatur.

### §. 177.

Et tribunal matrimoniale et matrimonii defensor ex officio eas possunt ordinare investigationes, quae ad proceduram quoad probations complendam necessariae ipsis videntur.

### §. 178.

Antequam sententia feratur, tribunal matrimoniale ea, in quae decernenda consensit, Episcopo adjunctis rationum momentis subjicit; qui quando sententiam ferendam haud sufficienter fundatam esse censeat, tribunali matrimoniali injunget, ut circumstantias ab ipso indicandas denuo mature perpendat et de consultationum resultato ad ipsum referat.

Sententia ferenda  
Episcopo est subjicienda.

De iis, quae ad sententiam definitivam requiruntur.

### §. 179.

Appellatio admittenda est, donec matrimonii validitas per duas aut ejus invaliditas per tres sententias conformes pronuntiata sit. Duabus sententiis pro matrimonio et duabus

auch der Vertheidiger der Ehe an ihr Recht zu erinnern, über die bisherigen Verhandlungen sich zu äußern. Haben sie Einwendungen zu machen, so sind dieselben binnen acht Tagen vorzubringen. Mit Rücksicht auf den Wohnsitz der Beteiligten kann man diese Frist verlängern, doch ohne dabei die Gränze des strengen Bedürfnisses zu überschreiten.

### §. 177.

Sowohl das Ehegericht als auch der Vertheidiger der Ehe können von Amtswegen alle Erhebungen anordnen, welche denselben zur Vervollständigung des Beweisverfahrens nothwendig scheinen.

### §. 178.

Vor dem Ehegericht zur Fällung des Urtheiles schreitet, wird es die Entscheidung, über welche es sich geeinigt hat, dem Bischofe mit Beifügung der Gründe vorlegen. Findet der Bischof den beabsichtigten Ausspruch nicht hinreichend begründet, so wird er dem Ehegerichte auftragen, die von ihm anzudeutenden Umstände noch einmal in reife Überlegung zu ziehen und über das Ergebnis seiner Berathungen ihm Bericht zu erstatten.

Vorlage  
des beabsichtigten  
Spruches an den  
Bischof.

### §. 179.

Die Berufung ist zulässig bis die Gültigkeit der Ehe durch zwei, oder die Ungültigkeit derselben durch drei gleichlautende Urtheile ausgesprochen ist. Wenn zwei Urtheile für und zwei

Bedingungen  
einer endgültigen  
Entscheidung.

contra illud militantibus, matrimonium pro valido tenendum est.

§. 180.

Prima instantia sententiam pro matrimonii validitate ferente, matrimonium accusans ad secundam instantiam appellare potest. Quodsi validitas in secunda instantia confirmetur, nulla amplius provocatio locum habet. Si matrimonium in secunda instantia pro invalido declaratur, matrimonii defensori incumbit, ex officio ad tertiam provocare instantiam. Si tertia instantia pro matrimonii valore judicat, ulterior haud obtinet appellatio. Quando autem contra valorem decernat, defensor matrimonii petere debet, ut quarta constituatur instantia, pro ejus sententia matrimonium vel validum vel invalidum reputetur oportet<sup>1)</sup>.

§. 181.

Si prima instantia matrimonium invalidum declaret, matrimonii defensor ex officio appellare debet. Si secundae instantiae judicium pariter invaliditatem pronuntiet, defensor matrimonii, nisi prostantes invaliditatis probatio-nes omne dubium secludant, caussam ad tertiam instantiam deferre tenetur. Invaliditatis sententia per tertiam quoque instantiam lata, ulterior appellatio institui nequit. Si validitatem

<sup>1)</sup> „Itaque si a judice pro matrimonii validitate judicabitur, et nullus sit, qui appellat, ipse etiam ab appellatione se abstineat; idque etiam servetur, si a judice secundae in-

gegen die Ehe erfolgt sind, so ist die Ehe als gültig anzusehen.

§. 180.

Wenn die erste Instanz für die Gültigkeit der Ehe spricht, so kann der Bestreiter des Ehebandes an die zweite Instanz Berufung einlegen. Wird die Gültigkeit in zweiter Instanz bestätigt, so ist jede weitere Berufung ausgeschlossen. Wird die Ehe in zweiter Instanz für ungültig erklärt, so hat der Vertheidiger der Ehe sich von Amtswegen an die dritte Instanz zu wenden. Spricht die dritte Instanz für die Gültigkeit der Ehe, so findet keine weitere Berufung statt. Entscheidet sie aber wider die Gültigkeit, so soll der Vertheidiger des Ehebandes um die Aufstellung einer vierten Instanz nachsuchen und je nachdem diese das Urtheil fällt, ist die Ehe als gültig oder ungültig zu betrachten.

§. 181.

Wenn die erste Instanz die Ehe für ungültig erklärt, so hat der Vertheidiger der Ehe von Amtswegen Berufung einzulegen. Lautet das Urtheil der zweiten Instanz gleichfalls auf Ungültigkeit, so soll derselbe, woffern die vorliegenden Beweise der Ungültigkeit nicht jeden Zweifel ausschließen, die Sache vor die dritte Instanz bringen. Nachdem auch die dritte Instanz wider die Gültigkeit entschieden hat, ist keine

stantiae pro validitate matrimonii fuerit judicatum, postquam judex primae instantiae de illius nullitate sententiam pronunciaverat.“ Constit. Dei miserat. §. 8.

Bestimmungen  
über die Berufung  
an die höhere  
Instanz.

ea pronuntiet, actori liberum est, petere, ut quarta constituatur instantia, et hujus sententia qua finalis habenda est <sup>1)</sup>.

### §. 182.

Quando in prima et tertia instantia adversus matrimonium, in secunda autem pro eo sententia feratur, matrimonii incumbit defensori, quartam petere instantiam.

### §. 183.

Appellatio a defensore matrimonii interposita ex sua natura parti simul prodest, quae pro matrimonii validitate agit. Liberum nihilominus ipsi est, eamdem appellationem independenter a matrimonii defensore interponere; consultum tamen, ut cum eo hoc de negotio consilia conferat.

### §. 184.

Relate ad appellationes, quas interponere defensor matrimonii muneris sui ratione obli-

<sup>1)</sup> „Sin autem contra matrimonii validitatem sententia feratur, defensor inter legitima tempora appellabit adhaerens parti, que pro validitate agebat; quum autem in judicio nemo unus sit, qui pro matrimonii validitate negotium insistat, vel si adsit, lata contra eum sententia judicium deseruerit, ipse ex officio ad superiorem judicem provocabit.“ — „Si secunda sententia alteri conformis fuerit, hoc est, si in secunda aequae ac in prima nullum ac irrritum matrimonium judgeatum fuerit, et ab ea pars vel defensor pro sua conscientia non crediderit appellandum, vel appellationem interpositam prosequendam minime censuerit, in potestate et arbitrio conjugum sit novas nuptias contrahere, dummodo alicui eorum ob

weitere Berufung zulässig. Spricht dieselbe für die Gültigkeit, so steht es dem Kläger frei, um Aufstellung einer vierten Instanz nachzuführen, und ihr Urtheil ist als endgiltiges zu betrachten.

### §. 182.

Wenn in der ersten und dritten Instanz wider, in der zweiten aber für die Ehe gesprochen wird, so hat der Vertheidiger der Ehe um eine vierte Instanz anzusuchen.

### §. 183.

Die Berufung, welche der Vertheidiger der Ehe einlegt, frimmt ihrer Natur nach zugleich dem Theile, welcher die Gültigkeit der Ehe behauptet. Demungeachtet steht es diesem frei, unabhängig von dem Vertheidiger der Ehe Berufung einzulegen; doch ist es gerathen, daß er sich mit demselben über die Sache ins Einvernehmen setze.

### §. 184.

Für die Berufungen, welche einzulegen der Vertheidiger der Ehe durch sein Amt verpflichtet

aliquid impedimentum vel legitimam causam id vetitum non sit.“ — „Quodsi a secunda sententia super nullitate vel altera pars appellaverit, vel hujusmodi sit, ut ei salva conscientia defensor matrimonii acquiescedum non putet, vel quia sibi videtur manifeste injusta, vel invalida, vel quia fuerit lata in tertia instantia et sit revocatoria alterius praecedentis super validitate in secunda instantia emanatae, volumus, ut, firma remanente utrique conjugi prohibitione ad alias transeundi nuptias, quas si contrahere ausi fuerint, poenis, ut praefertur, a Nobis constitutis subesse decernimus, causa in tertia vel quarta instantia cognoscatur.“ Const. Dei miserat. §. 8, 11.

gatur, nulli habentur dies fatales. Si intra terminum praescriptum appellationem haud annuntiet, judicium, a quo appellare debet, ipsum ad officium suum implendum compellat vel pro casus ratione etiam ad Episcopum ea de re referat et proponat, ut matrimonii defensio alii viro omni ex parte habili concredatur.

### §. 185.

Modus procedendi  
in superiori instan-  
tia. Judex, qui in superiori instantia sententiam fert, non tantum in inferioribus instantiis gesta diligenter examinet, sed etiam omnia peragat, quae necessaria dueit, ut defectus suppleantur, dubia dilucidentur et errores corrigantur. Hunc in finem conjuges examinare, de instrumentis probandi ergo adhibitis investigationis instituere ac testes, a quibus novas informationes sperat, audire potest. Experimenta tamen per rei peritos facta tunc tantum iterari debent, quando indicis praesumtionem gravem generantibus probabile reddatur, aut errorem aut partium studium intercessisse<sup>1)</sup>.

<sup>1)</sup> „Posteaquam vero appellationis beneficio ad alterum judicem caussa in secunda instantia delata fuerit, omnia et singula, quaecunque coram judge in prima instantia servanda praefinita fuerunt, etiam coram al-

ist, gibt es keine Verfallzeit. Wenn dieser nicht binnen der vorgeschriebenen Frist die Anmeldung macht, so hat das Gericht, von welchem er sich berufen sollte, denselben zur Erfüllung seiner Pflicht anzusehen oder nach Beschaffenheit des Falles auch an den Bischof zu berichten und darauf anzutragen, daß die Vertheidigung der Ehe einem anderen vollkommen befähigten Manne übertragen werde.

### §. 185.

Der Richter, welcher in höherer Instanz Vorfahren in der  
höheren Instanz entscheidet, hat nicht nur die Verhandlungen der unteren Instanzen genau zu prüfen, sondern auch Alles vorzunehmen, was er für nothwendig erachtet, um das Mangelhafte zu ergänzen, das Zweifelhafte festzustellen und das Irrige zu berichtigen. Er kann zu diesem Ende die Gatten vernehmen, über die als Beweis gebrauchten Urkunden Erhebungen anstellen und alle Zeugen verhören, von welchen er neue Aufschlüsse hofft. Doch ist die Untersuchung durch Sachverständige nur dann zu wiederholen, wenn Anzeichen, welche eine starke Vermuthung begründen, es wahrscheinlich machen, daß Mißgriffe und Parteilichkeiten vorgekommen seien.

tero in secunda exacte ac diligenter custodientur, citato in qualibet judicij actu defensore matrimonii, qui voce et scripto matrimonii validitatem strenue ac pro viribus tuebitur.“ Const. Dei miser. a. §. 10.

## §. 186.

Tam partes quam defensor matrimonii jus habent, in superiori instantia novas probatio-nes afferendi.

## §. 187.

Sententiae nullitas.

Sententia nulla est, si a judice haud com-petente lata vel actus judicij essentialis aut prorsus omissus, aut, quin matrimonii defensor adhiberetur, institutus fuerit. Attamen valor sententiae a judice superiore latae ideo, quod inquisitionem ulteriorem habere necessarium haud duxerit, sed secundum allegata caussam deciderit, impugnari minime potest.

## §. 188.

Procedura in causa nullitatis.

Nullitatis actio intra tempus appellationi-bus praefixum coram judice proxime superiori instituenda est.

## §. 189.

Quum conjuges exceptionem incompeten-tiae intra decem a citatione intimata dies pro-ponere debeant (§. 103), jure carent sen-tentiae latae nullitatis assertionem obgerendi; superior tamen judex sententiam propter com-petentiae defectum ex officio irritam declarare potest.

## §. 186.

Sowohl die Parteien als auch der Verthei-diger der Ehe haben das Recht, in der höheren Instanz neue Beweise vorzubringen.

## §. 187.

Das Urtheil ist nichtig, wenn es von einem unzuständigen Richter gefällt, oder wenn ein wesentlicher Theil der gerichtlichen Verhandlung entweder gänzlich ausgelassen oder ohne Be-iziehung des Vertheidigers der Ehe vorgenommen wurde. Doch kann die Giltigkeit des von dem höheren Richter gefällten Urtheiles deshalb, weil derselbe keine weitere Untersuchung für noth-wendig gehalten, sondern nach den Vorlagen entschieden hat, nicht angestritten werden.

## §. 188.

Die Klage auf Nichtigkeit muß binnen der Verfahren nege-nen Nichtigkeit, für Berufungen festgesetzten Zeit vor dem zu-nächst höheren Richter ange stellt werden.

## §. 189.

Da die Gatten die allfällige Einwendung der Unzuständigkeit binnen zehn Tagen nach zuge-stellter Vorladung anzubringen haben (§. 103), so sind sie nicht berechtigt, der Giltigkeit des ergangenen Urtheiles die Behauptung der Un-zuständigkeit entgegenzusetzen; doch kann der höhere Richter das Urtheil wegen Mangel der Zuständigkeit von Amts wegen für ungültig erklären.

## §. 190.

Sententia de nullitatis actione lata appellationem haud admittit.

## §. 191.

Processus pro nullo declaratus coram eodem judice aut, quando ob competentiae defectum irritatus sit, coram judice, qui competens pronuntiatus, forma debita iterandus est.

## §. 192.

Convalidationis ad-  
ducendae tentamen.  
Quando matrimonium irritum esse, tribus conformibus sententiis decretum, impedimentum vero ejusmodi sit, ut renovatione consensus aut dispensatione indulta e medio tolli possit, Episcopus, nisi gravis causa contrarium suadeat, aget, ut matrimonium convaldetur.

## §. 193.

Sententiae definiti-  
vae publicatio.  
Si natura impedimenti dispensationem excludat aut conamen, adducendi convaldationem, effectu careat, nullitatis declaratio partibus annuntianda est nec non prohibendae sunt, ne amplius sibi cohabitent.

## §. 194.

Sententiae tenor et  
forma.  
Cuvis sententiae rationum, quibus innititur, momenta succinte, quin tamen essentiale quidpiam omittatur, adjungenda sunt. In sententia finali invaliditatem pronuntiante

## §. 190.

Das über die Nichtigkeitsklage gefällte Urtheil läßt keine Berufung zu.

## §. 191.

Die für nichtig erklärte Verhandlung muß vor demselben Richter oder, wenn sie durch den Mangel der Zuständigkeit entkräftet wird, vor dem als zuständig erkannten Richter in der hörtigen Form wiederholt werden.

## §. 192.

Con-  
validation.  
Wenn die Ungültigkeit der Ehe durch drei Versuch der Convalidation. hingleichförmige Urtheile entschieden, aber das Hinderniß so beschaffen ist, daß es durch Einwilligung von Seite des Einen Gatten oder durch Nachsichtgewährung gehoben werden kann, so soll der Bischof, wofern nicht wichtige Gründe abrathen, dahin wirken, daß die Convalidation der Ehe herbeigeführt werde.

## §. 193.

Kundmachung  
des Endurtheiles.  
Läßt die Natur des Hindernisses keine Nachsichtgewährung zu oder bleibt der Versuch, eine Convalidation herbeizuführen, ohne Erfolg, so ist die Ungültigerklärung den Parteien anzukündigen und ihnen zu untersagen, fernerhin bei einander zu wohnen.

## §. 194.

Inhalt und Form  
des Urtheiles.  
Jedem Urtheile sind die Gründe, auf die es sich stützt, kurz, doch ohne etwas Wesentliches zu übergehen, beizufügen. Lautet das Endurtheil auf Ungültigkeit, so ist ausdrücklich

disertis declaretur verbis, ex parte prioris conjugii nullum novis ineundis nuptiis impedimentum superesse. Quaelibet sententia judicium et secretarii subscriptione nec non curiae episcopalis signo munienda est.

### §. 195.

Sententiae  
notificatio et com-  
municatio.

Sententia partibus per apparitorem dimissa etiam copia notificatur; de quo peracto fides in scriptis facienda erit. Cujusvis sententiae de matrimonii valore latae Episcopus Gubernatorem provinciae certiorem reddet.

### §. 196.

Sententiae definiti-  
vae essectus juridi-  
cus.

Sententia de matrimonii valore dicta nunquam in rem judicatam abit. Si post temporis probetur, eam suppositione erronea nisi, caussa denuo in jus vocanda et forma debita retractanda est. Si contingat, ut sententia matrimonii nullitatem pronuntians retractetur, eo ipso matrimonia cuncta, quae conjuges intermedio forsitan tempore inierunt, pro irritis declarata sunt<sup>1)</sup>.

### §. 197.

Excepto casu, de quo §. 196 agit, inquisitio de matrimonii valore tum tantum, quando

<sup>1)</sup> „Potestas tamen post alteram sententiam conformem, ut supra, conjugibus facta intelligatur et locum habeat, salvo semper et firmo remanente jure seu privilegio caussarum matrimonialium, quae ob eujuscunque tem-

zu erinnern, daß die frühere Verheirathung für die Schließung einer neuen Ehe weiter kein Hinderniß darbiete. Jedes Urtheil muß von den Richtern und dem Schriftführer unterzeichnet und mit dem Siegel der bischöflichen Curie versehen werden.

### §. 195.

Bustellung des  
Urtheiles.  
Mittheilung an  
den Statthalter.

Das Urtheil wird den Parteien durch den Rathsdienner zugestellt und in Abschrift eingehändigt: worüber eine schriftliche Beglaubigung zu geben ist. Von jedem Urtheile über die Gültigkeit einer Ehe setzt der Bischof den Statthalter oder Landespräsidenten in Kenntniß.

### §. 196.

Rechtskraft des  
Endurtheiles.

Ein über die Gültigkeit der Ehe gefälltes Urtheil gelangt niemals zu voller Rechtskraft. Wird später bewiesen, daß es sich auf eine irrite Voraussetzung stützte, so muß die Verhandlung wieder eingeleitet und in der vorgeschriebenen Form geführt werden. Begibt es sich, daß ein auf Ungültigkeit lautendes Urtheil widerrufen wird, so sind dadurch die Ehen, welche die Gatten etwa in der Zwischenzeit geschlossen haben, für nichtig erklärt.

### §. 197.

Mit Ausnahme des im §. 196 behandelten Falles kann die Untersuchung über die Gültig-

poris lapsum nunquam transeunt in rem judicatam; sed si nova res, quae non deducta vel ignorata fuerit, detegatur, resumi possint et rursus in judiciale controveriam vocari.“ Const. Dei miserat. §. 11.

sententia primae instantiae irrita declaretur, tamquam de novo iterum institui potest.

### §. 198.

Sententiae propter  
impotentiam latae  
effectus.

Ille, cuius impotentiae pro absoluta et insanabili declaratae sententia nullitatis innititur, ad nuptias ineundas admitti nequit. Quando postea quomodocunque pateat, eum ad matrimonium consummandum aptum esse, redintegratur conjugium prius ab eo initum<sup>1)</sup>.

### §. 199.

Per se liquet, conjuges, antequam finalis nullitatis sententia lata sit, ad novum contrahendum matrimonium nullatenus admitti debere. Quamvis autem conjunctio ante sententiam finalem inita nunquam non illicita valde sit, immo iisdem ac polygamia poenis ecclesiasticis subjaceat, tamen, si processus, qui agitatur, nullitatis declaratione terminetur nec aliud quidpiam praepropere copulatis obstet impedimentum, pro vero reputari debet matrimonio<sup>2)</sup>.

<sup>1)</sup> „Accepisti mulierem et per aliquod tempus habuisti, per mensem aut per tres aut per annum et nunc primum dixisti, te esse frigidae naturae, ita, ut non potuisses coire cum illa nec eum aliqua alia: si illa, quae uxor tua esse debuit, eadem affirmat, quae tu dicens et probari potest per verum judicium, ita esse, ut dicitis, separari protestis; ea tamen ratione, ut, si post aliam acceperis, reus perjurii dijudiceris et

keit nur dann, wenn das Urtheil der ersten Instanz für richtig erklärt wurde, als von Neuem wieder angefangen werden.

### §. 198.

Derjenige, auf dessen für schlechthinig und unheilbar erklärtес Unvermögen das Urtheil der Nichtigkeit begründet ist, darf zu keiner Verheilung zugelassen werden. Wofern sich später wie immer ergibt, daß er zur Vollziehung der Ehe fähig sei, tritt seine frühere Ehe wieder in Kraft.

### §. 199.

Es versteht sich von selbst, daß die Gatten, bevor das Endurtheil der Ungültigkeit erfolgt ist, zur Schließung einer neuen Ehe durchaus nicht dürfen zugelassen werden. Wiewohl aber eine vor dem Endurtheile geschlossene Verbindung immer höchst unerlaubt ist, ja denselben Kirchenstrafen wie die Polygamie unterliegt, so muß sie doch, wenn die obschwehende Verhandlung zur Nichtigkeitsklärung führt und den voreilig Getrauten nicht irgend ein anderes Hinderniß im Wege steht, als eine wahrhafte Ehe ansehen werden.

iterum post peractam poenitentiam priora connubia reparare debebis.“ De c r e t a l . IV. 15, 1.

<sup>2)</sup> „Verum quia villicum et mulierem, quam superinduxit, pendente lite prioris uxoris invicem asseris consensisse: consultationi tuae taliter respondemus, quod, imposita viro poenitentia competenti, et infra poenitentiae tempus carnali commercio interdicto, postmodum in maritali copula poterunt remanere.“ De c r e t a l . IV. 1, 18.

## §. 200.

*Transactio et arbitrium.*

Caussae matrimoniales neque transactione neque sententia ab arbitris dicta terminari possunt. Conditiones, sub quibus tribunal matrimoniale jus habet, de litibus bona temporalia spectantibus arbitrii ope decernere, lege civili expressae sunt.

## §. 201.

*IV. Vinculi matrimonialis per professionem religiosam solutio.* Quando coniugus conqueratur, alterum con summationem matrimonii declinare, posterior vero declareret, quod saeculo renuntiare constituerit, perpendendum ante omnia venit, an matrimonium nondum esse consummatum extra dubium positum sit. Quo sufficienter probato, conjugi recusanti injungendum est, ut intra bimestre aut matrimonium consummet, aut religionem a Sacra Sede adprobatam ingrediatur. Ex gravi tamen causa terminus vel brevior vel longior praefigi potest.

---

„Appellatione a prima sententia pendente, vel etiam nulla ob malitiam vel oscitantiam vel collusionem defensoris et partium interposita, si ambo vel unus ex conjugibus novas nuptias celebrare ausus fuerit, volumus ac decernimus, ut non solum serventur, quae adversus eos, qui matrimonium contra interdictum Ecclesiae contrahunt, statuta sunt, praesertim, ut invicem a cohabitatione separantur, quoadusque altera sententia super nullitate emanaverit, a qua intra decem dies non sit

## §. 200.

*Vergleich und schiedsrichterlicher Ausspruch.* Die Ehesachen können weder durch Vergleich noch durch schiedsrichterlichen Ausspruch entschieden werden. Die Bedingungen, unter welchen das Ehegericht ermächtigt ist, über die Vermögensstreitigkeiten der Parteien durch schiedsrichterlichen Ausspruch zu entscheiden, sind in dem Staatsgesetze ausgedrückt.

## §. 201.

*IV. Trennung der Ehe durch Ablegung der Ordensgelübde.* Wenn ein Gatte die Beschwerde vorbringt, daß der andere Theil sich die Ehe zu vollziehen weigere, dieser aber erklärt, daß er der Welt zu entsagen entschlossen sei, so muß vor Allem erwogen werden, ob die Nichtvollziehung der Ehe außer Zweifel gestellt sei. Wofern hierüber ein hinreichender Beweis vorliegt, ist dem in der Weigerung Begriffenen aufzutragen, binnen zwei Monaten entweder die Ehe zu vollziehen oder in einen vom heiligen Stuhle gutgeheissenen Orden zu treten. Doch kann aus wichtigen Gründen auch eine kürzere oder längere Frist angesezt werden.

---

appellatum, vel appellatio interposita deserta deinde fuerit; sed ulterius, ut contrahens vel contrahentes matrimonium hujusmodi omnibus poenis contra polygamos a saeris canonibus et constitutionibus Apostolicis constitutis omnino subjaceant, quas in eos, quatenus opus sit, motu, scientia ac potestate similis rursus statuimus, decernimus ac renovamus.“ Const. Dei misrat. §. 9.

## §. 202.

Si duorum conjugum, qui matrimonium haud consummasse asserunt, alter monasterium ingrediatur, quin alter reclamet; an veritate nitatur assertio de matrimonii consummatione nondum peracta, ad collusionis pericula devitanda eo districtius examinandum est.

## §. 203.

Postquam conjux, qui saeculo renuntiare vult, votis solemnis se obstrinxit, alteri parti instrumenti ope testandum est, matrimonii ab eo valide contracti, sed nondum consummati vineulum dissolutum esse, nec eum impediri, quin ad alia convolet vota.

## §. 204.

Tam nullitatis declaratio quam dissolutio vineuli matrimonialis per vota solemnia effecta in libro nuptiali annotanda est. Si matrimonium in loco, ubi neque sponsus neque sponsa domicilium habebat, contractum fuit, annotatio non tantum libro nuptiali parochiae, ubi matrimonium celebratum, sed etiam parochi, qui delegationem ad nuptiis assistendum dedit, inseri debet.

## §. 205.

Absque conjugali vitae consortio obligaciones per matrimonium contractae impleri nequeunt: ipsum igitur in casibus tantum a

V. Separatio a  
thoro et mensa.

## §. 202.

Wenn von zwei Gatten, welche die Ehe nicht vollzogen zu haben behaupten, der Eine sich in ein Kloster begibt, ohne daß der andere Einsprache erhebt, so muß, damit einem möglichen Einverständnisse begegnet werde, die Wahrhaftigkeit der Behauptung, daß die Ehe noch nicht vollzogen sei, um so strenger geprüft werden.

## §. 203.

Sobald der Gatte, welcher die Welt zu verlassen begehrt, die feierlichen Gelübde abgelegt hat, soll dem anderen Theile urkundlich bezeugt werden, daß seine zwar gültig geschlossene, doch nicht vollzogene Ehe aufgelöst sei und ihn nicht hindere, zu einer anderen Verbindung zu schreiten.

## §. 204.

Sowohl die Ungültigerklärung der Ehe als die Auflösung ihres Bandes durch die feierlichen Gelübde ist im Traubuch anzumerken. Wenn die Ehe an einem Orte, wo keines von beiden Brautleuten seinen Wohnsitz hatte, geschlossen wurde, geschehe die Vermerkung nicht nur in dem Traubuch der Pfarre, wo die Eheschließung stattfand, sondern auch in dem des Pfarrers, welcher die Ermächtigung zur Trauung ertheilt hat.

## §. 205.

Die eheliche Lebensgemeinschaft ist die Vorbedingung zur Erfüllung der durch die Ehe übernommenen Pflichten: sie darf daher nur in den

V. Scheidung  
von Eish und  
Gott.

lege ecclesiastica statutis et respective in forma a lege ecclesiastica praescripta solvere licet.

*Separatio mutuo  
consensu facta.*

### §. 206.

Conjuges mutuo consensu vitae consortium eum in finem solvere possunt, ut religionem a Sancta Sede approbatam ingrediantur vel ambo vel et una tantum pars, aut, ut vir ordines sacros suscipiat. An et quibus sub conditionibus altera pars in saeculo permanere possit, juxta legum ecclesiasticarum praescripta decernendum est.

*Separatio perpetua  
adulterii ergo.*

### §. 207.

Quodsi conjugum alter adulterii crimen commiserit, alteri jus competit, perpetuam a thoro et mensa separationem petendi, nisi forsitan adulterium approbaverit, permiserit vel sua culpa adduxerit, aut ipse quoque adulterii reum se reddiderit. Jure suo excidit, quodsi alteri parti culpm expresse vel tacite condonet.

*Causae separationis  
temporalis decernendae.*

### §. 208.

Conjuges ad vitae consortium eatenus tantum obligantur, quatenus id absque animae, vitae vel sanitatis periculo continuare possunt. Quodsi conjux a fide christiana deficiat, quodsi alteram partem ad defectionem a

von dem Kirchengesetz bestimmten Fällen und beziehungsweise in der von dem Kirchengesetz vorgeschriebenen Form aufgehoben werden.

### §. 206.

Die Gatten dürfen mit beiderseitiger Einwilligung die Lebensgemeinschaft zu dem Zwecke aufheben, damit Beide oder eines von ihnen in einen von dem heiligen Stuhle gutgeheissenen Orden treten oder der Mann die heiligen Weihe empfange. Ob und unter welchen Bedingungen der Eine Theil im weltlichen Stande verbleiben könne, ist nach den Kirchengesetzen zu bestimmen.

*Einverständliche  
Scheidung zum  
Zwecke des Ein-  
trittes in einen  
Orden oder in den  
geistlichen Stand.*

### §. 207.

Wenn der Eine Gatte sich des Ehebruches schuldig gemacht hat, so steht dem anderen das Recht zu, die lebenslängliche Scheidung von Eisch und Bett zu fordern; es sei denn, daß er den Ehebruch gebilligt, gestattet oder durch sein Verschulden herbeigeführt, oder daß er sich selbst eines Ehebruches schuldig gemacht hätte. Er verliert dieses Recht, wenn er dem anderen Theile seine Schuld ausdrücklich oder stillschweigend verzeiht.

*Lebenslängliche  
Scheidung wegen  
Ehebruch.*

### §. 208.

Die Gatten sind zur Gemeinschaft des Lebens nur in soweit verbunden, als sie dieselbe ohne Gefahr für ihr Seelenheil, ihr Leben oder ihre Gesundheit fortsetzen können. Wenn ein Ehegatte vom Christenthume abtrünnig wird,

*Gründe  
der zeitweisen  
Scheidung.*

fide catholica, ad vitia vel crimina sollicitet, quodsi injuriis realibus vel insidiis vitam ejus et sanitatem in periculum adducat, quodsi ei acerbiores animi afflictiones per longius tempus intentet, etiam, quando malo corporali diurno contagiosoque laboret, alteri parti supplicatione proposita concedendum est, ut a thoro et mensa separetur, usquedum conjugale vitae consortium, quin periculum saluti suae aeternae vel temporali immineat, renovare possit<sup>1)</sup>.

### §. 209.

Conjux, quem altera pars malitiose deseruit, separationem a thoro et mensa petere potest, usque dum desertionis reus animum ad officia conjugalia adimplenda paratum sufficienter probaverit.

### §. 210.

Etiam propter tales officiorum transgressiones, quae juribus bona temporalia attinentibus vel honori civili alterius conjugis grave afferunt detrimentum aut urgens parant periculum, temporalis a thoro et mensa separatio pronuntiari potest.

<sup>1)</sup> „Si quis dixerit, Ecclesiam errare, quum ob multas causas separationem inter conjuges quoad thorum seu quoad cohabitationem ad certum incertumve tempus

